Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



27

ad humanitatem filii dei. quę autem ad totam trinitatem.
Vincentii dabo edere de ligno uitę. id est in paradyso
dei mei. Lignum uitę sapientia est patris. salomone at
testante qui dicit. Lignum uitę est his qui apprehende
rint eam. et qui tenuerit eam beatus. Quam
utique apls. xpm esse testatur dicens. xpm. dei uir
tutem et dei sapientiam. Quę recte lignum uitę dicitur.
quia fidelib; suis uitam eternam tribuit. et qs in
presenti saciat suo corpore. in futuro etiam sacia
bit sua contemplatione. Vnde psalmista dicit. Sa
ciabor dum manifestabitur gla tua. Bene lignum
uitę uocatur. quia et in presenti uita electos suos
ab estu uiciorum umbra protectionis defendit. et in
futura beatitudine cibum eterne contemplationis
desideratibus prebet. Vincentii uincentiua carnis
suę. temptationes. demonum. aduersitates. prauorum
hominum. dabo edere de ligno uitę. id est me ipsum
dabo illi in remunerationem. cum eum pducero ad meam
contemplationem. Paradysus autem uel presens intelli
gitur ecclia. in qua cotidie fideles comedunt corpus
eius. et sanguinem bibunt. uel uita eterna quę ipse
xpe est. sicut ipse dns dicit. Hęc est uita eterna.
ut cognoscant te. et quem misisti ihm xpm. Quod
autem se habere dm dicit in cuius paradyso hoc esse
lignum asserit. sed in humanitatem loquitur. qua assum
psit pnobis. Qui ergo uincunt oblectamenta peccati
in hoc paradyso ecclę. illi ad accipienda corporis et
sanguinis sacramenta digne pranguntur. et ad dei
contemplationem pueniunt. ipsumq; lignum uitę